

### III.

## REGNUM MORTUORUM.

Nro. 87.

Elysium-Meum.—Die Veneris 15. Dec. 1809. (Noev. 28. Nov. 1809.)

### Animadversiones.

De Capitibus Titianis.

*Non caput — sed Cor Titi.*

Res profecto singularis est mos vigens (Moda) foeneratur exempla ex quibusvis objectis, quæ novitatem ei conciliare possunt. Ita mos invaluit resectos, capillos gestandi a moneta Titi Vespasiani Rom. Imperatoris. Mares æque ac foeminae comam sibi præcidi curarunt, ut capita Titiana (à la Titus) imitentur. — Fortassis erat id officiositatis Consuli Gallioanæ reipublicæ exhibendæ gratia factum, quod hic cultum istum adoptarit, at nondum demonstratum est: Titum resolis crinibus Romæ ambulasse, quamquam numus eum ita exhibeat.

Generatim erat Titus benignus princeps, die quo nihil a se bene factum meminisset, dicere solebat „amio! diem perdidit! —” at quantum imperavit! vix triennio! Et Nero primis 5 annis regiminis exemplar ante se regnantium imperatorum Romanorum existit, mortis sententiæ subscripturus vociferavit: Utinam scribere nescirem! & tamen, heu! quantæ tyrannidis monstrum non evasit!

Fortassis Titus quoque indolem mutasset, si diutius solio inesset; quis, amabo, humani animi vices definire valet? —

Interim mos gestandi capita Titiana paululum hodie exolevit; injustum foret bb. Lectoribus, ut historia scribit, vocem concolnantis in deserto, Catonis Parisiis, non indicare. Videlicet aesthetici gustus vir quidam operam plane impendit Criticam de more tondendi capillum apud feminas (Critique de la Mode des cheveux coupés pour les femmes) typis edendi. Libellus cupitos lectores (an & lectorices?) reperit; hodie jam secundis curis vulgatus, cum additamento: Anti — Titus, quod bellum moveat capitibus Titianis Dominarum, (Damarum) cum epigrapha: „formosa, crine carens, rosa est absque foliis” at illud sapienti prorsus consilio factum: quod sub velo anonimitatis se occultaverit, vix alias fuisset, dum Titiana persequenda suscepit capita, proprio ejus capiti.

Ut vero laudatus scriptor matronis persuadeat alendos capillos esse, citat Homerum, Anacreontem, Sappho, Tibullum, Ovidium, Catullum, Virgilium, Terentium, S. Clementem Alexandrinum, Lucianum, Martialem. Laharpe, Shakespear, Pope, Tomson, aliosque complures; tonsoque Titiano capiti tanta convitia, quanta potest, injicit; quisquis ad triremes hodie condemnatur, more Titiano detondetur; ita quævis meretricula ad Correctoriam domum ante crinibus orbabatur, quam eo expediatur.

At at: alia adhuc graviore ratione rem ab oculos ponere, dicereque potuisset; quod quotidiana docet experientia: naturam sapienter, & ad finem conservationis alimentum capilli constituisse, caput crine carens naturæ adversari, continuo novitus tonsos crines lippitudinem oculorum, dolores in diversis capitis regionibus, stuporem in capite, interdum pustulas in eo, sæpe dentium dolores, aliarque id genus minoris momenti affectiones, successu temporis graviores molestias occasione mutationis tempestatis, & ejus in cutem, & patentes canaliculos capillorum adionis, adferre.

Experientissimi Medici adversus pugnant ab erudite non minus, quam zelose; attentissimi naturæ scrutatores libere juxta & perspicue sententiam suam depromere, proferebantur exempla, quæ mala ex tensione capillorum orta, succrescentibus iis desiisse ad oculum probabant — at at, quid, cumso, aurateruditionem, exempla que obstinax Dea vigens mos, & ejus sacerdos sedulus, animi mentisque levitas? sacrabat ei plures jam hostias, & plura adhuc altari sævarum, forma irritantium, imponenda habebit holocausta. —

Hæc de Capitibus Titianis; jam aliquot animadversiones de hodierno Europæ statu: Vidimus Russiam uno eodemque tempore tria gessisse bella; adversus Sycos, Ottomanos, & Austriam; quamquam huic exigua solum manus opponeretur, ejus vi-

hilominus directiones hostiles erant, hostillo-  
resque futuræ fuissent, si Austria pacem  
detrectasset.

In his bellis Russia nunquam non victrix  
erat; adeo: ut Svecia optimam provinciam  
Finniam cedere, pacemque conficere debuerit.

Quam sublimis & excellens obtulit nos-  
tro se exhibet facies hodiernas Russias ditie-  
nes expendentibus. A Polo arctico Kamtsa-  
dallam usque, super parte Americæ, tum  
per Asiam & omnes Europæ regiones a  
Mari Balthico usque Hyrcanum, isthmo us-  
que nigrum ad Schirwan Persiæ, tum Mo-  
souam, Poloniam, Moldaviam, Valachiam, &  
Danubium pertingit Status Russia Silistriam  
& Varnam tenet, Constantinopoli immine-  
re videtur.

Novissimi Petropoli nunci de 4. Nov.  
memorant Turcas undique cædi, Russos ma-  
gnos per Danubium progressus facere, Sili-  
striam obsessam teneri, omniaque triste In-  
dicium peabere, Turcas validum exercitum  
opponere non posse, ubique in minora divi-  
si agmina consistunt, abivis per partes resi-  
stentes cæduntur, & disperguntur.

Quis hunc torrenti resistat? — Olim Sve-  
cia & Borussia continuo parata fuit motus  
ad faciendos Portæ gratia; hodie uterque Sta-  
tus multo debilior, quam ut politosæ bilan-  
ci pondus adjicere possint.

Ita Status condam valentissimam partem  
in Europæa Politia ad conservationem to-  
tius agentes, occiderunt. Vere dici potest:

magnitudinem & strenuitatem in hoc orbe pari cum scientiis, artibusque conditione consistere, æque ac olim homines gentesque migrationes agere. Annales celebrant stupenda Otomannorum, Svecorumque, Borufforum, Seculis 16, 17, 18 facta, & hodie — quis absque commotione animi posset meminisse? —

Verum quid si Russia Europæam occuparet Turciam? — tum enimvero Politica Europæa aliam nancisceretur directionem — Supersunt vero alii adhuc potentes Status, quorum externi status ratio summopere exigat Portam sartam tectamque servare.

In australi Europæ angulo sita Gallia felicissima & momentossima potentia, quæ unquam in orbe fuit. — Ab Hollandia per Germaniam, Galliam, exinde per universam Italiam, & latus versus per Dalmatiam ad litem Turciæ, per Hispaniam, in qua felix hodie bellum geritur, Portugalliam usque protensa, scientiis artibus, multifariisque cognitionibus exornata, splendidum hoc Gallicanum Imperium, oeu præsidium & defensor adversus quosvis in Europa eventus consistit, ponitque cuivis occupandi libidini — modum.

Multa adhuc perficienda restant, multum bello terminandum. Insulæ Valchria, Siolia, & residua Hispaniæ pars, Portugallia occupanda, hoc hodie & futurorum temporum opus ante, quam adversus Angliam unitis viribus aliquid suscipiatur. Futura proin turbidos bellicososque adhuc dies ad-

bus producent, — at & propiores progressus ad salutarem totius operis finem.

Interea minoris momenti nova in medium proferre lubet.

*Parisiis 23. Nov.* Legantur in diurno nuncio Legis sub nomine edito, publicæ Cæsareæ litteræ, quibus ext. negot. Minister, Ducis de Cadore, Minister Secretarius Status Maret, Ducis de Bassano & bellicæ rei Minister Clarke, Ducis de Feltra dignitate insigniuntur; idem nuncium continet minus adhuc notas denominationes M. Judicis & Justitiæ Ministri Regnier, Ducis Massa, & Cararæ, rei agrariæ Goudin, ad dignitatem D. Gaeta, & Politicæ Ministri Touche, ad D. de Otranto dignitatem. Omnes hæ publicæ litteræ expeditæ sunt ex principe Cæsareo hospitio Schönbrun 15. Aug.

*Neapoli 12. Nov.* Hujas Ephemericis memorat: die 9. h. vespere regem Romam discessisse, stativantes ibidem copias lustraturum; additque: datam sibi potestatem annunciandi. S. Maj. haud ultra octiduum abfuturam.

*Stuttgardæ 24. Nov.* C. a Taube die 6. Parisios profectus Status & Cabineti Minister, die 11 eo adpulit, dieque 16. mane ad privatum cum S. Maj. Cæs. Reg. colloquium admissus est; in quo litteras S. Maj. porrexit, absque ea benignissime exceptus est.

Nonnulli facti adparatus iter Sum. Reg. Maj. ad exter. oras indicare videntur, altera Maj. heri ex Plaubeuren, ubi superiore hebdomada venabatur, isthuc revertit. Orz.

centiores nuncii ferunt: iter S. M. Parisios jam ingressam, dieque 26 h. utpote Domini regionem Carolinæ prætervectam esse.)

Novissimæ relationes ex Gallieo in Austria exercitu memorant: princeps hospitium 19. Nov. Vindobonæ manet, quo ad S. Hypolitum, paullopost Lincium transponendum ibique usque finem anni mansurum dicitur. Ephemerides Vindob. de 22. h. Cæsareo Austriaco insigni rursus exornatæ comparant.

*Diarium polit. eventuum.*

Regum Saxonie & Vittembergæ Parisiis commoratio supponit: eos certarum, mutationum gratia in Continente suscipiendarum, speciem agentis personæ acturos. Politici id genus congressuum Potentium vaticinantibus rationibus prosequentes, grandes eventus & mutationes sibi videntur videre. — equidem fateor, nihil video. — Non scitur ad hoc alios principes Parisios venturos, id vero contendunt, Napoleonem die 15. Dec. Bajonnam profecturum, proin Germaniæ negotia eo usque fixam formam natura.

Anglicanæ paginæ contendunt: pace Russiam inter & Sveciam, prout & Daniam navali Anglorum potentie ingressum in Balthicum nequaquam prohiberi; oerium nihilominus: Anglis nullum securum in eo portum esse; advertiturque eos bramæ causa eo excedere, — certe domum revertentur. Insula enim Helligland navibus tuendis, ob defectum portus, impar est, & hæc una eorum in Balthico occupatio est; in Oceano Germanicoq nihil possident. Ingressu

in Balthicum per Suad. majus & minus fretum  
 si prohiberi non poterunt, quod ejates ma-  
 ritimi Status Classe, Anglicanæ pari, destituan-  
 tur — ut proin dubio vacet: futura æstate angli-  
 canas naves in Balthico comparituras, sed  
 quid efficient? — quod hæcenus, — contra  
 Russos — nihil — id singulare: eos quibusvis  
 navalibus Statibus vires, auctoritatemque suam  
 mari, serio ostendisse, excepta sola Russia in  
 Balthico. —

*Diplomatia — Politica.*

Diplomatia filia est Politicæ, verum præ-  
 stat mater calliditate filæ. Diplomata certo  
 ordini inter potentias more introducto se alli-  
 gat, Politica nonnunquam fallit, quantumvis  
 mater, gnatum, seque adjunctorum rationi ad-  
 commodat. Hugo Grotius Codicem Politicæ &  
 Diplomatiæ orbis secundum æquæ principia  
 vulgaverat, verum ubique naso allisit adMa-  
 chiavellum, satiusque demum ei erat domi ma-  
 nere, nasi sui servandigratia. — Venditur Lon-  
 dini Effigies Lordium *Chatam* currui insidentem  
 exhibens, duabus testudinibus, sentisque limaci-  
 bus vedum, ipse habenas manu moderatur,  
 cum dicto: „lente”

*Problema Grammaticum.*

*Papier de Hollande — Fromage d'Hollande.*

Cur hoc, cum, illud absque apostropho scriba-  
 tur, paucis, adverte, docebo: vulgus enunciationem,  
 seu regulam diuturne definit usu — *Usus Tyrannus!*  
 Jam vero plebs hollandico vescitur Caseo, aitque  
*Fromage d'Hollande*; at pauca, aut nulla utitur pa-  
 pyro, quo factum: ut enunciatio Chartæ commu-  
 ni grammaticæ regulæ alligata maneret.